



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

II. Graf Siegfried von Osterburg schenkt dem Kloster St. Burchard bei Halberstadt sieben Hufen zu Adersleben, am 29. December 1214.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

quif. contra id, quod prouide de consensu partium est contractum, presumptione temeraria uenire presumat. Datum per manum Tiderici notarii nostri, anno consecrationis nostre III.

Falke's Tradit. Corbecenses p. 779.

II. Graf Siegfried von Osterburg schenkt dem Kloster St. Burchard bei Halberstadt sieben Hufen zu Ubersleben, am 29. December 1214.

Ego Sifridus, in Hosterburg Comes, et Ego Sophia, eiusdem loci Comitissa, — pro salute et redemptione animarum nostrarum et parentum nostrarum ac heredum Weneri, Sifridi, Sophie, Hermengardis, defunctorum, Halberti Comitis, Weneri et Halberti fratrum, Sophie Comitisse, ac Bernardi Comitis de Welpa, partem predii nostri in Hadesleve, scilicet septem mansorum, ecclesie Beati Jacobi ad nouum opus perpetualiter contulimus. — Acta sunt hec publice in pirali Comitis Haldenhufen. Anno dominice incarnationis MCCXIV. — IV. Cal. Ianuarii.

Nach Wohlbrück's Excerpten aus einem Copialbuche des Klosters St. Burchard zu Halberstadt.

III. Graf Bernhard von Wölpe bekundet Schenkungen an das Kloster Mariensee mit Zustimmung seiner Schwiegersöhne, unter denen Graf Siegfried von Osterburg, am 27. Dezember 1215.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ego Bernhardus de Wilipia, Notum esse desideramus vniuersis omnipotentis Dei dilectoribus, tam presentibus, quam futuris, ad quos hec presens pagina peruenerit, quod de patrimonio nostro et de feudo, quod ab Ecclesia Mindenfi tenemus, scilicet in decimis, Ecclesie in Lacu sancte Marie, quam ipsi fundamus in honorem Dei et beatissime Virginis Marie sanctique Johannis Euangeliste et omnium sanctorum, ad vsus cenobii, Abbatisse et omnium tam dominarum quam fratrum ibi Deo seruiencium, pro remissione delictorum nostrarum parentumque nostrarum, crucem (cartem?) videlicet in Catenhufen, vbi ponitur Claustrum, cum omnibus attinenciis suis, et alia bona, quanta possumus deuocione et humilitate et plena libertate conferimus. Ne autem facultas violandi hoc scriptum nostrum posteris nostris detur; fecimus ea scribi in presencia nostra, cum consensu ac voluntate vxoris nostre Sophie, et filiarum nostrarum Rikecen, Sophie, Jutte, et socerorum nostrarum Henrici, Sifridi, Wlradi. Huius rei testes sunt: Wernherus de Hocberge (sorte Hodenberge), Bruningus de Brema, Guntherus, Dapifer, Willermus, frater eius, Hi fuerunt cum Comite Henrico de Hoye. Aduo-